

nuatas enarrationes, Aristotelem ipsum in manus sumam, is nobis, quae quaerimus, aperiet. Ac primo loco, locus ultimo loco ab eo reprehensus id manifestum facit, non quidem mathematico, sed priore illo symbolico sermonis genere. Cum mundi medium
 5 testatur a Pythagoreis Iovis custodiam fuisse appellatum: τὸ δὲ μέσον εἶναι τοιοῦτον, {ὁ} Διὸς φυλακὴν ὀνομάζουσι^{iv}. Nec non Διὸς πύργον, *Iovis Turrim*, quod Simplicius ex Aristotelica Pythagoreorum placitorum collectione attulit. Qua loquendi ratione, cum inter sese dissererent, si Iovis turrim dixisset quis, alii
 10 statim medium intelligebant universi. Ita cum colorem dicerent, superficiem intelligebant, ita Aristotele exponente libro De sensu capite 3: καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τὴν ἐπιφάνειαν χροῶν ἐκάλουν.^v Et 2. Nichomachio capite 6:⁸ *Malum enim infiniti ut Pythagorei assimilabant, bonum vero finiti*. Id autem positum est ab eis in illa syzygia, quae commentariis in 3. De natura affertur a Themistio, a
 15 Philophono, a Simplicio ex Aristotelis aliis scriptis et ab Aegeo

INSTITUT
 ZA FILOZOFIJU

⁸ τὸ γὰρ κακὸν τοῦ ἀπείρου, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι εἵκαζον, τὸ δ' ἀγαθὸν τοῦ πεπερασμένου. [ARIST. E N 1106b.29 – 30]

^{iv} Usp. ARIST. Ph. 293b.2 – 3.

^v Petrić ima oblik χροῶν, a postojeći su oblici χροῶν i χροῶν. Usp. ARIST. Sens. 439a.30 – 31.